



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

180. An solus metus reverentialis annullet professionem. Ex part. 3. tract.  
2. resol. 92.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Sed difficultas est, an in pena peccati negando defetum, quem tenebat in ingressu confiteri, possit Religio priuare habere. & illum expellere? Et quid circa hoc Decreto Urbani VIII. determinetur de professis non expellendis? Et quid in Religione, qua haberet tale statutum de expellendo talen professum, confirmatum à Summo Pontifice?

Et notatur, quod profetus morbo Gallico laborans, cuius professo est in dictis Religionibus irrita, non est obligatus ad Religionem in genere, nec talis professo si illam ei induxit obligationem. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 188.

**S. 1.** R E spondeo quod attento iure communii profetto morbo Gallico, vel alia contagiosa infirmitate laborantis non est irrita. Ita decimus est in Rota decr. 3. 4. num. 2. apud Farinacum, & docet Hieronymus Rodriguez in compend. quest. Regul. ref. 101. n. 64. Miranda in manuali Prel. tom. 1. q. 19. art. 2. cum aliis communitez, & patet ex cap. sicut nobis, & cap. sicut tenor, de Regul. Difficultas est, an in penam peccati negando def. etiam quem tenebat in ingressu confiteri, possit Religio privare habitu, & illum expellere? Negatice respondet Graffius tom. 1. lib. 3. de Regul. 1. 4. 9. Sanchez in sum. tom. 2. lib. 5. c. 4. n. 58. Emanuel Rodriguez in quest. Regul. tom. 3. q. 17. art. 9. & alijs, quia cum expulsus à Religione si res gravissima, grauissimam causam exigit. Verum mihi affirmativa sententia magis placet, quam post Narrantum docet Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 62. Georgius Kien tract de cas. referat part. 3. cap. 2. n. 7. Bartholomaeus à S. Fausto in thesaur. Relig. lib. 5. 212. n. 2. Emanuel Säver. Religio n. 34. Vega in summa tom. 2. cap. 50. cas. 4. Soibis in compend. privileg. ver. Nonnit. post 7. notabiliter & quinto principaliter & alijs. Ratio est, ait Lessius, quia in tali casu frater dedit cauam receptioni ad Religionem; ergo potest ex illa rejici; quando enim dolus dat cauam contractui, vel contractus est irritus, vel certe in irruit reuocabilis; nec obstat quod professo semel valida non possit irritari, quia id verum est quoad obligationem erga Deum, non autem quoad illam, que est inter Religionem & monasterium. Verum si aduersus supradicta obstantia aliqua noua constitutio Pontificia, erit illa videnda, ad quam me remitto, & praesertim decreto Urbani VIII. de professis non expellendis.

**2.** Q uæ omnia supradicta sine villa diffucitate procedunt in Religione, quæ haberet tale statutum de expellendo talen professum, confirmatum à Summo Pontifice, quod habent PP. Capuccini, vt patet in eorum consti. cap. 2. PP. Eremitæ Discalceati S. Augustini part. 2. cap. 1. num. 6. & 8. in quibus Religionibus professo si prædictorum est nulla: nam in dictis constitutionibus Superiores, cum se declarant nolle esse obligatis ad retinendum dictos professos, qui rogati occularunt morbum Gallicum, clare & aperte dicunt se non præstare consensum, eo quod sicut ex assensu concessione configurit obligatio retinendi, ita ex declaratione non se obligandi ad retinendum aperte configurit negotio consensum. Ergo nulla erit professo supradictorum in tali casu, & ita in terminis docet Bartholomaeus à Vecchis in praxi nonitorum. disp. 1. 3. dub. 15. num. 8. quem in facti contingencia omnino videbis.

**Quoniam non pleno supra hoc lega tam infra doctrinam R. & 186 signari xit obligationem, nisi professo peculiar intentione àlin 5. & alius eius not.**

**3.** Non definit etiam hic adnotare quod præfatus morbo Gallico laborans, cuius professo est in dictis Religionibus irrita, non est obligatus ad Religionem in genere, nec talis professo villam ei induxit obligationem, nisi professo peculiar intentione àlin 5. & alius eius not.

tanquam aliquid professionis, sed ut votum simplex. Ita Bartholomaeus à Vecchis vbi supr. num. 10.

### R E S O L . C L X X X .

An solus metus reverentialis annulet professionem? Ex p. 3. tract. 2. Ref. 92.

**§. 1.** P Ro vtraque parte adsum rationes probabiles, mihi vero magis placet opinio affirmativa, quam inter Neotericos tuerit Basilius Pontius de matrim. lib. 4. c. 11. num. 15. & 16. Et ideo Farinacum apud Hieronymum Rodriguez in compend. qq. Regul. ref. 101. n. 78. refert quandam declarationem Cardinalem, qua per latam sententiam Romæ declaratum est, fuisse nullam professionem cuiusdam feminæ factam ob solum metum reverentialem, quod etiam refert Portet in dub. Regul. ver. Professio, n. 12. & Pontius vbi supr., notat hoc etiam esse decimum in Rota coram Domino Ordino; licet contraria sententia tenuerit Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 4. disp. 6. n. 18. Riccius in praxi, tom. 1. refol. 599. n. 4. & alij penes ipsos.

### R E S O L . C L X X I .

An professus Religionem per vim, & metum possit pugnare quinquennium reclamare? Et an, si possit audiiri post quinquennium, debet impetrare rescriptum à Papa, sine quo nec Superior, ne Episcopus possint audire reclamantem? Ex p. 3. u. Ref. 62.

**§. 1.** N Egative respondet Ioan. Val. in diff. str. for. ver. Regulare, diff. 2. n. 5. vbi sic ait. Concilium Tridentinum sess. 2. cap. 19. de Regul. dat quin quinquennium ad reclamandum his, qui per vim, & metum, aut alias causas profesiones annulare praebentur. Circa quod Decretum est valde aduentendum à Gregor. XIII. ex sententia Congregationis eiusdem Concilii fuisse declaratum post quinquennium memoratum non esse amplius audiendos, etiam si aliquantum vim, & metum temper durasse, nisi intra ipsum quinquennium reclamauerint, idque legitimè pubbuerint: id apicissum esse iudicans pro quiete, & pace singulorum Monasteriorum, quamvis de iure alter dicendum esset, & etiam per eas quæ adducit Narratus, quæ cessant per dictam declarationem. Ia Valerus.

**2.** Sed his non obstantibus contrarium tenet Villalobos in summa tom. 2. tract. 3. 5. diff. 2. 5. n. 8. vbi sic assertit. Quando uno pretende, que su professo fu invalida por el miedo, que le puso su padre, é una persona durante el miedo, aunque pase el quinquenio, no le dasia, porque siempre dura la causa, y qd lo bauemos visto praticar, aunque una declaracion de Gregorio XIII. de consejo de los Cardinales dize. Non audiatur, taneti allegauerit metum, & vim semper durasse. Sic Villalobos. Notam tamen Hieronymus Rodriguez in compend. qq. Regul. refol. 101. n. 71. quod ut quis possit audiiri post quinquennium, debet impetrare rescriptum à Papa, sine quo nec Superior, nec Episcopus possint audire reclamantem, seu aliquantum causas nullitas suis professionis, quod ab petere à Papaæ restituendum quinquennij. Et ita haec sententiam tenet etiam, & testatur de paxi Port. verb. Professio es nulla reclamatio. n. 44. Alia vero dicta circa praesentem, quæ Videbis apud Barbolam at poteft. Episc. p. 3. alleg. 104 per totam.

RESOL.